


36

3



J. III. 36.

a - t



Die V. Februarij.

a

I N F E S T O
BB. M A R T Y R V M
I A P P O N E N S I V M
P E T R I B A P T I S T Æ,

Et Sociorum eius Ordinis
• Sancti Francisci.

I N I. NOCTVR.

Lectiones de Epistola ad Romanos. Fratres debitores sumus, &c. &c. Communi plurimum Martyrum.

I N II. NOCTVR.

Lectio iv.

R Emotissima Iaponia Regio, cui diu Euangelicam extra lucem sepositæ in sexto decimo salutis humanæ reparatæ saeculo Catholicæ veritatis lumen affulsit, sub eiusdem saeculi fine nondum omnibus prorsus errorum tenebris eliminatis, viginti trium Marty-

rum sanguine meruit irrigari. In Philippinas nāque Insulas Taicozamæ Iaponensis Tyranno classem paranti, Petrus Baptista ex Ordine Minorum Strictioris Observatiæ Sacerdos ad Pacem suadēdans Catholici Regis nomine legatus mittitur. Suo igitur munere feliciter functus, ad Religionis incrementum, in partem laboris Socijs assistitis, animum aduocavit. Multis proinde Xenodochijs, Cænobijjs & Ecclesijs per

druck-

A

diuersa loca Christi-
ano ritu excitatis :
ibique per triennium
prædicationi, ieuni-
nijs, vigilijs, præci-
bus vna cum Socijs
iugiter iustando, at-
que egenorum, & lá-
guentium ærumnis
miro charitatis ar-
dore subueniendo, &
fideles plurimos in
via salutis confirma-
uit, & gentes innu-
meras ad fidem per-
duxit.

Lectio v.

QUA de re graui-
ter commoti i-
naniū Deorum Sa-
cerdotes Tyrannum
cōueniunt, eique fal-
sis rationibus persua-
dent, Imperium diū
in colume non futu-
rum, ni nuper inue-
ctam, & iam vndi-
que gliscentem Re-
ligionem ab suis fi-
nibus exterminan-
dam curaret, vano

ille propterea timo-
re percussus impera-
uit illicè Religiosos
viros tanquam Ma-
iestatis reos detine-
ri, dixitque in eos
Sententiam Crucis :
inter captiuos reper-
ti sunt, & ipse Petrus
Baptista cum Socijs
quinque, ac Tertia-
rij quindecim, quo-
rū alij Cathechismo,
alij sacris officijs in-
seruiebat : Quibus
duo in vinculis mini-
strates adacti sunt ;
ac proinde trium, &
viginti Martyrum
numerus expletus est.

Lectio vi

PO S T diurnos
igitur cœceris la-
bores fortissimi Chri-
sti Athletæ in Meaci
Regni Metropolis fo-
rum, ligatis à tergo
manibus, tandem
producuntur. eisque
in ignominia notam
sinistra apudatur au-
ricula

3.

zicula, & bigis im-
positi per vicos mul-
tos, & Civitates præ-
cedente scripta in-
hasta mortis causa,
nempe quod Chry-
stum prædicassent,
circumferuntur. Has
inter opprobrij con-
tumelias, plurima e-
tiam à Satellitū bar-
barie perpessi, sub hy-
emali rigore per ni-
ves, & glacies Nan-
gasacum adducūtur,
ibique Crucibus af-
fixi, & singuli ab imis
lateribus ad hume-
ros binis lanceis cō-
fossi, Maryrium Di-
vinis in laudibus cō-
summarunt, Suorum
militū oriosū cer-
tamen signis, & mira-
culis Dominus cōde-
corare dignatus est.
Quibus ritè probatis
Sacrorum Rituum
Congregatio ad eo-
rum Canonizationē

quā docunque deue-
niri posse decreuit;
& Vrbanus Octauus
habita huius decreti
relatione, Officium
pro die quinta Febru-
arij, qua ijdem Mar-
tyres passi sunt, ut
quot annis celebra-
retur, indulxit.

IN III. NOCTVR.

Homil: in Euang:
Descendens Iesus de
Monte, &c. de com-
muni plurimorum Mar-
tyrum.

R. viij. Hæc est ve-
ra fraternitas, &c.

Oratio.


D E V S, qui nos
annua Sancto-
rum Martyrum tuo-
rum Petri Baptiste,
& Sociorum eius so-
lemnitate lœtificas:
cōcede propitius, vt
quorum gaudemus
meritis, accendamus
exemplis. Per Domi-
num nostrum, &c.


SACRA Rituū Congregatio suprascriptas Le-
ctiones proprias secundi Nocturni cum Oratio-
ne pro Officio Beatorum Petri Baptiste, ac Socio-
rum Martyrum Iaponensium Ordinū Minorum
S. Francisci diligenter reuisas & relatas ab Eminentissimo D. Cardinali Gasanato approbauit pro
psu tantum dicti Ordinis, recitandas annuatim
die 5 Februarij festo prefatorum Beatorum Mar-
tyrum, easque imprimi posse concessit. Instante
P. Fr. Angelo de Zevallos Procuratore Generali
Hispania Minorum Observantium nomine sua Re-
ligionū in Romana Curia commorante. Hac
die 22. Augusti 1682.

Cæs. Card. Fachenettus.

Loco + Sigilli.

Bernardinus Casalius S.R.C. Secr.





3969

16

II. Thesaurie.

